

L. THEODORVS III, in seculo dictus *Strake*, patria Beckemensis (quod Monasteriensis Episcopatus oppidum est) electus 18. Maji 1600, mortuus 24. Septemb. 1629, sepultus in domo capituli sub lapide. Epitaphium ejus in templo pendet ad parietem. Hunc Theodorum, Evangelica religione, cui addictus erat, non attendens, Romano-Catholici-Diaconum fecerunt Coloniae, Presbyterum Monasterii. Sed & citra omne dubium electus fuisset in praesentia Commissarii Ordinis Cisterciensis, ab eodemque confirmatus, & ab omni anathemate liberatus, si Dominus Fridericus Ulricus Dux Brunsvicensis id ordini indulgere voluisset amplius.

LI. JOHANNES IX, in seculo dictus *Kitzan*, Evangelicae religioni addictus: electus est anno 1600, confirmatus à Duce Brunsvicensi & Luneburgensi Evangelico; mortuus 29. Nov. 1657, sepultus in domo Capituli.

LII. JOHANNES X, in seculo dictus *Kotzebue*, Evangelicae religioni addictus; electus in Coadjutorem 1655, in Abbatem 1658, mense Februario; confirmatus à Duce Brunsvicensi & Luneburgensi Evangelice; mortuus 1677. 11. Febr. sepultus Hanoverae in templo, quod S. Aegidio sacrum est.

LIII. GERARDVS, in Evangelica religione natus & educatus, in seculo dictus *Molanus*, patria Hamelenensis, anno 1672. 18. Oct. provisionaliter electus; post beatum vero discessum Domini sui Antecessoris anno 1677, à Serenissimo Domino, Domino Johanne Friderico Duce Brunsvicensi & Luneburgensi, Romano-Catholicae religioni addicto, beatissimae memoriae, confirmatus Abbas, scripsit hanc seriem Abbatum Luccensium anno 1709, aetatis suae anno septuagesimo sexto.

## XXXIII.

DE ABBATIBVS S. MICHAELIS LVNEBURGENSIS. *ex MSto.**Catalogus Abbatum ad D. Michaelis Luneburgi, ex veteri Tabula adis Michaelitana.*

Indericus de 1. Abbt (forte Liudericus)

Bruno de 2. Abbt.

Berdagus de 3. Abbt.

Riccalus de 4. Abbt.

Hermannus de 5. Abbt.

Albinus de 6. Abbt.

Berthericus de 7. Abbt.

Azicko de 8. Abbt.

Bartholdus de 9. Abbt.

Ritserus de 10. Abbt.

Adeldagus de 11. Abbt.

Marquardus de 12. Abbt.

Burchardus de 13. Abbt.

Hartmannus de 14. Abbt.

Anno de 15. Abbt.

Johannes de 16. Abbt.

Hatto de 17. Abbt.

Thidericus de 18. Abbt.

Luderus de 19. Abbt.

Ludolphus de 20. Abbt.

Thomas de 21. Abbt.

Wernerus de 22. Abbt.

Othrauenus van Barveld, de 23. Abbt.

obiit 1347.

Olficus van Iken, de 24. Abbt, starf 1360.

Daniel van Hokorp, de 25. Abbt, starf 1368.

Johannes Slepegrell, de 26. Abbt, starf 1371.

Wernerus Grote, de 27. Abbt, ist gestorven 1384.

Olficus van Barfelt, de 28. Abbt, starf 1423.

Boldewinus van Wenden, de 29. Abbt, starf 1441.

Ludolphus van Hitzacker, de 30. Abbt, starf 1477.

Albertus van Baventen, de 31. Abbt, starf 1486.

Wernerus van Dageförde, de 32. Abbt, starf 1504.

Boldevvinus van Marenholt, de 33. Abbt, starf 1532.

Herborde van Holle, de 34. Abbt, starf 1555.

Eberharde van Holle, de 35. Abbt, starf 1586.

*Catalogus plenior Abbatum ad D. Michaelis Luneburgi.*

- I.** **L** Vdericus (in veteri Tabula ædis Michaelitanæ Lindericus, fortasse Liudericus) Ejus meminit vetus MStum Cœnobiale, & *Elardus von der Hude*, Decanus ad D. Andreae Verdenfis in Historia MSta Episcoporum Verdensium. Obiit 982.
2. Bruno obiit 994.
  3. Berdagus ob. 1002.
  4. Riddagus. In diplomate Henrici S. Imperatoris de anno 1022, & in Chronico Mindensium Episcoporum Urstisi nominatur *Rihedagus*; Chytrao lib. 20. Saxo. ad annum 1561: dicitur *Riccassus*, quod nomen etiam habetur in Veteri Tabula. Obiit 1026. Videatur Chronographus Saxo ad hunc annum.
  5. Gothschaleus Gothorum Episcopus, omittitur in Veteri Tabula. De eo evolventi Adamus Bremensis, lib. 2. cap. 48, Helmoldus lib. 1. cap. 19, Albertus Stadensis ad annum 1032.
  6. Hermannus. In veteri Tabula est quintus numero.
  7. Albuinus (Albinus.)
  8. Albero, occurrens in Diplomate Lotharii Imperatoris anno 1133.
  9. Anno. Mentio ejus fit in Diplomate Lotharii Imperatoris anno 1135; ut & apud Petrum, Diaconum Cassinensem lib. 4. cap. 110. Chronici Cassinensis; apud Baronium Tom. XII, Annalium ad ann. 1137, §. 17. Goldastum Tom. III, Constat. Imp. pag. 321. Hi duo Abbates omittuntur in Veteri Tabula.
  10. Bertericus.
  11. Azicko.
  12. Gothschalcus II. teste Privilegio Decanatus Bardevicensis Ecclesiæ de anno 1158 apud Schlöpken part. I. Chron. Bardevic. cap. 13.
  13. Marquardus, testis in diplomate *Henrici Leonis* de anno 1162, quo Ecclesiæ Raceburgensi 27, marcas ex telonio Lubecensi legat. Duo præcedentes etiam omittuntur in Tab. Veteri, nisi quod ibi post Heldagum sive Adeldagum quidam Marquardus occurrat.
  14. Bertholdus Flans, Comes Henrici Leonis in terram Sanctam, defunctus *Aecroni* 1172 vid. Arnold. Lubec. lib. 3. cap. 8. In veteri Tabula est Abbas IX.
  15. Riccerus sive Ritzerus.
  16. Heldagus sive Adeldagus.
  17. Burchardus, de quo testantur chartæ ann. 1200, 1214.
  18. Hermannus. Loco hujus in Tabula habentur *Hartmannus* & *Anno*.
  19. Johannes, de quo loquuntur chartæ ann. 1225, 1233, 1234.
  20. Thomas, vixit ann. 1239, 1244.
  21. Dietericus de Hirschborn vixit anno 1244.
  22. Gerhardus vixit ann. 1247, 1262. Tres præcedentes defunt in Veteri Tabula.
  23. Haldus sive Hatto, vixit ann. 1264, 1273.
  24. Dietericus vixit 1278.
  25. Luderus sive Ludolfus de Monte vixit annis 1296. In Tabula Luderus est 19 Abbas, Ludolphus 20.
  26. Thomas de Calve vixit ann. 1299, 1320.
  27. Wernerus vixit 1321, 1339.
  28. Othravius sive Othraventus de Barfelde vixit 1343, 1348.
  29. Ulricus de Ilten vixit 1350, 1363.
  30. Daniel de Hokorp vixit 1361. obiit 1368.
  31. Johannes Slepogrell, electus 1369, obiit 1371.
  32. Wernerus Grote vixit 1372, obiit 1384.
  33. Ulricus à Barfelde, vixit 1384, 1417.
  34. Boldevvinus à Wenden, Archiepiscopus Bremensis, vixit 1419. obiit 1441.
  35. Ludolfus de Hitzacker, vixit 1441, obiit 1477.
  36. Albertus de Baventen, electus 1477, obiit 1485.
  37. Wernerus de Dageförde, electus 1485, obiit 1504.
  38. Boldevvinus de Marenholtz, Romano-Catholicorum ultimus, vixit 1524, obiit 1532.
  39. Herbordus de Holle electus, mutata religione, 1532, obiit 1555.
  40. Eberhardus de Holle, Episcopus Lubecensis & Verdenfis, vixit 1557, obiit 1586, 5. Junii.

41. Conradus de Bothmer, electus 1586. 6. Julii, obiit 1617. 25. Augusti, ætatis 69 annorum, 2. mensium, 2. dierum.  
 42. Joachimus de Bothmer, electus 1617. 26. Augusti. obiit 1629. 8. Septembr. ætatis 50. annorum, 3. mensium, 21. dierum.  
 43. Johannes Henricus ab Haselhorst, electus 1629. 25. Septembr. obiit 1642. 11. Novembr. juxta instrumentum electionis successoris ejus; sed juxta Epitaphium d. 10. Novembr. ætatis suæ anno 60.  
 44. Christophorus à Bardeleben, electus 1642. 11. Nov. obiit 1655. 5. Septembr.  
 45. Stadius Fridericus von Post, electus 1655. 6. Septembr. à Principe vero non confirmatus: sed, mutata Abbatia in Scholam, adolescentibus Equestris generis destinata, vigore recessus Cellensis de anno 1655. 27. Octobr. Artic. 7. titulum eines Land Hofmeisters und Oberaufsehers der Ritterschuhl zu S. Michaelis in Lüneburg, cum prædicato *würdig* donatus. Obiit 1671. 28. Febr.

*Cessantibus Abbatibus, sequentes præsuere  
cum titulo Directorum.*

Ludolfus Otto von Estorf, constitutus 1673, circa Paschatos Festum, à Serenissimo Duce *Georgio Wilhelmo* titulum eines Landschafftis Directoris und Oberaufsehers der Ritterschul zu S. Michaelis obtinuit. Obiit 1691. 25. Januarii.  
 Werner Herman de Spörck, obiit 1693. 14. Septembr.  
 Augustus de Grote obiit 1700. 6. Junii.  
 Ernestus Wilhelmus de Spörck, constitutus 1700. 8. Decembr.

## XXXIV.

## FR. HENRICI BODONIS

## SYNTAGMA

## DE

*ECCLESIA GANDESIANA, ex MSto  
emendatum atque suppletum.*

De constructione Cœnobii Gandesiani, perfectione quoque  
& defectione ejusdem.

Cum Cœnobium *Clusinum*, Gandesianæ Ecclesiæ non secus atque matris senescentis ultimo pene virtutis robore editum quidem, adhuc tamen illius, licet frigidiore finu foveatur: tam decens quam utile judicaverim antea, quam de nostris perscriberem rebus, non nihil de illius feliciori fundatione, florenti etiam perfectione, ac demum marcescenti defectione præmittere. Libere enim quicquid posteritatis ratio deprecere videtur, ut obeam, justum arbitror; ob idque omnem isti operam impertior, letheis mersa eripiens aqvis, non citra quandoque mentis atque corporis fatigationem.

*Incipit Fr. Henr. Bodonis, de Ecclesia Gandesiana  
Syntagma.*

**S**cripturo mihi de matre nostra ecclesia Gandesiana, primum illius fundatorem ut absolvam, opus esse judicans, ad illius & nomen & genus memorandum me converto. Et quidem fundatori nomen *Lutholphus* fuit, genus autem ex Saxonum Principibus; quoniam in *Saxonum ipse Dux* princepsque potentissimus, utpote, cui ex *Widekindo* Saxonum Principe. (quem invictissimus licet Carolus Magnus post annos 30, quam armis fatigaverat; vix in deditionem cogere valuit) origo fuit. Et supervacaneum nulliusque momenti æstimavi, viro huic, nobilitate clarissimo, ab avorum & atavorum (Rhetorum more potentatu vel dominatu laudem venari. Non enim hic ramus aut sterilis est aut intæcundus, cui ex radicibus laudum fructus sic quærendus. Licet namque ex potentissimis, ut dictum est, exortus sit, ipse tamen potentissimis potentiores (ut ita dixerim) genuit, non solum Saxoniarum Duces, sed

T E T A  
etiam